



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax  
Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus  
Religiosorum**

**Karg von Bebenburg, Johann Friedrich  
Heripoli, 1680**

VIII. De monialibus quoad præfixionem numeri, ac bonorum  
administrationem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38315**

bus Religiosarum Prælatis, Episcopis  
ac ipsi met SS. Pontificibus: Cū ad  
mini liceat æmulari in malo Ps. 36. 1.  
nec malum dicere bonum, aut bonum  
malum Isa. 5. v. 20. & Regularis prole  
fio corruptelas nequaquam repelam  
sed statuta ordinis, fidelemque custo  
diam votorum solemnium: acceden  
potissimum crebrâ innovatione Dece  
torum S. Sedis Apostolicae, ut in illa  
materia sæpiissimè factum est: nonnulli  
meque Innocentius XI. P. O. M. et  
plerorumque Religiosorum Genera  
bus iterum contulit, de turpissimo hoc  
abusu penitus abolendo.

---

### CAPUT VIII.

**De Monialibus quoad præ  
onem numeri, ac bonorum ad  
ministrationem.**

498. *Moniales ultra numerum non  
da.*

499. *Administrantes bona Monastica  
aliqua*



sancimonialium ad annuas rationes Episcoporum loci reddendas obstringuntur.

498. **P**recedentis Tituli praxis à præfixione numeri, ac debita bonorum administratione dependet. Quocirca non minima Episcoporum superiorumque Regularium cura sit, ut juxta c. Non amplius I. **¶**. de institutione non plures suscipiantur, quām quot se de monasteriis proventibus alere sine penuria possunt; aut ex consuetis eleemosynis, ut addit S. C. Trid. ses. 25. Reg. c. 3. quod etiam à B. Pio V. & Gregorio XIII. strictè præceptum fuit; vel si qua ultranumerum recipienda sit, aliter ac Urbanus VIII. in Decreto de celebratōne missarum cit. n. 247. constituit, ut maiorem eleemosynam seu dotem secum afferat, nisi periculum sit, ne nimia multitudine Religiosarum disciplina eueretur, aut lex fundationis secūs disponat. Certe si universis sufficienter de mediis vivendi provisum sit, neū erit, cur aliquæ singulares peculiis inhient, sic.

B b 2

qu

580

que paulatim tanto cum dispendio à Religiosa paupertate deflectant.

499. Quantum ad bonorum administrationem, similiter in Constitutione *Inscrutabili* expressè sancitum est, ut Administrantes bona ad monasteria Sanctimonialium, etiam Regularibus subjectarum, pertinentia, sive Regulares extiterint, sive sacerdtales, quomodo libet exempti, Episcopoloci, adhibitis etiam Superioribus Regularibus, singulis annis rationes administrationis gratis tamen exigendas, reddere teneantur, ad idque Juris remediis cogi & compelli queant.

---

## CAPUT IX.

### De Canonissis.

500. Duplex Canonissarum genus, Regularium, & sacerdtales.

501. Canonissa Regulares in quo differenti monialibus strictè sumptu: Vnde Diaconiss & earum officio in primitiva Ecclesiæ.